

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Casu pictor impetrat, quod arte atq[ue] ingenio non potuit. Cur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

## IV.

Cælius l. 14.  
cap. 13.

Ioan. 9. 3.

Bonfin. l. 5.  
Dec. 1.Virgil. 5.  
Æneid.

## V.

Plutarch. de  
Fortuna.

Sed videamus alios *Casus*, diuino iudicio, hominum con-  
filijs aut factis intercedentes, qui vulgo temere aut fortè fortuna-  
existimantur interuenisse. Atque, ut à vero casu ordiamur, Syr-  
na, Cariæ ciuitas à Podalirio est condita, quem casus extulit alien-  
nus. Is enim cum, in Caria, à capraturum pastore scruatus, ad  
Damethum regem, foret perductus, eius filiam nomine Syrnam  
tecto delapsam, misso ex vitroque brachio sanguine, persanauit.  
Quod rex admiratus, generum sibi optauit, Chersoneso illi tradi-  
ta: in qua Podalirius ciuitatem condidit, de uxoris nomenclatura  
*Syrnam* appellatam. Syrna igitur cadendo Podalirij primum ar-  
tem, tum etiam *fortunam* extulit in sublime. Hoc consilium fuit  
Dei, fortè non meritam deiijcere puellam, ut medicum erigeret,  
Sic enim etiam de cæco à se illuminando, respondit Iesu; neg. hic  
peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo.  
Qua de causa D. Martino quoque, è scalarum casu, multis vulne-  
ribus affecto, in sequenti mox nocte, Angelus contusi corporis  
ita liuores salubri vnguento deliniuit, ut postero die, nihil omnino  
incommodi persenticeret: scilicet ut manifestarentur opera Dei in  
illo; at ut ipsius quoque D. Martini sanctitas manifestaretur. De  
his talibus dici potest.

*Attulit ipse viris optatum Casus honorem.*

nam & diuina potentia, & ipsi, in *casu*, sunt honorati. Sic sœpe  
consilium est Numinis, honorem suum aut aliorum Sanctorum  
propagandi, cum se homines putant, *casu* ægrotare. Morbo siquidem  
adacti Diuorum patrocinia implorant, &, non raro, ad sanio-  
rem mentem, per male habitum corpus, reuertuntur.

Vult Deus nonnullis etiam ostendere, non ingenio, vel arte,  
eos consequi posse, quæ, præter opinionem, diuinâ ope, aliunde  
consequuntur. Itaque efficit, ut *casu* aliquo, atque *fortuna* ha-  
beant causam nominis & celebritatis. Pictorem memorant, e-  
quum cum pingeret, ac reliquis quidem partibus & coloribus  
successum habuisset, spumæ verò, quæ ad frenum allidebatur,  
atque cum anhelitu excidebat, raritatem non probaret, in pin-  
gendo sœpius eam absterrisse; tandem irritum impeditissime impatiens  
tabula spongiam, sic, ut coloribus erat infecta; quam inie-  
ctam mirificè expressisse & reddidisse, quod optauerat. *Hoc arti-  
ficiosum proditum est memoria unum Fortuna opus*, ait Plutarchus.  
At non tam *Fortuna* (quæ cæca cum sit, pingere nequit) quam  
De i

Dei erat opus dicendum; Dei, inquam, per casum, humanæ artis superbiam erudiantis, docentisque, saepe, in re leuissima, humanam industriam deficere, & insciam aliunde falciri, ut indaget, unde fulciatur.

Huc spectat & illud, quod de puerulo memorat Olaus, cui itidem & Casus: & Deus insignem gloriam peperit, quando, hoste Groningam Frisonum urbem obsidente, artem parentis imitari volens innocens filiolus, igne in magnum tormentum bellicum immisso, caput illusterrimi ducis, in obsidione foris milites exhortantis, ferreo globo expulso, auulsi, & obsecsis quietem peperit. Lusit tum puer, sed Deus serio egit, qui pueri manum in hostem dixit. Dixit olim Elisæus ad regem Istræl: *Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Elisæus manus suas manibus regis,* & ait: *Aperi fenestram orientalem.* Cumq[ue] aperuisset, dixit Elisæus: *Iace sagittam. Sic nimurum Deus manum nos iubet admouere operi,* sed manui nostræ manum ipse suam superponit. Nos arcum tendimus, Deus dirigit sagittam. Nostrum est telum iacere, Dei destinare. Quemadmodum, quando vir quidem retendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Istræl, inter pulmonem & stomachum. Sagittarius, casu, Deus consilio regem percussit. Nos quoque omnes saep[er] nescij, cum Deo, immo Deus nobiscum manum mouet. Ob quam cauissimam David: *Eccœ, Domine, tu cognosisti omnia, nonissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* Hoc est, quod vulgo aiunt: *Homo proponit, Deus disponit.* Sic saepe non sagittam, sed verbum ex ore acutius mordaciisque finit aliquis euolare, quo eum non tangit, quem petit; cum interim alium vulnerat, vulnera indigentem, & ex eo id sapientem; aut certe cum ille ipse, qui petitur, dictum aliorum accipit, quam fuerit a dicente destinatum.

Ita accedit Monacho, de Ottirburg, quem diuina prudenter, mirabili casu, in ordine Religioso, conseruauit. Is à fallaci dæmonie & Mundi illecebris irretitus cogitauerat Cœnobio, & Deo nuncium remittere. Ea in cogitatione noctes diésque versabatur. Stabat igitur aliquando, in choro, & alijs matutinas preces cantantibus, ipse cantu abstinen[s], ac silens, mente secum agitabat, quo tempore, quo modo, ordinem deferere veller. Hoc orandi tempore totos matutinos cantus neglexerat. Ventus erat ad Laudes. Ibi,

Gg 3

dum

V.I.

OlausMagn.  
lib.9.c.28.

VII.

Cæsarius  
lib.4.c.55.

XI